



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Corpus Juris Canonici

Gregor <XIII., Papst>

M. DC. LXI. Coloniae Munatianaee, 1661

I. De Rerum divisione, atque illarum administratione.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62953](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62953)



INSTITUTIONUM JURIS CANONICI LIBER SECUNDUS.

DE RERUM DIVISIONE, ATQUE ILLARUM
ADMINISTRATIONE.

TITULUS PRIMUS.

Res Ecclesiasticæ sunt aut spirituales, aut temporales. hoc dicit.

Superiore libro de jure personarum exposuimus: modò videamus de rebus Ecclesiasticis, illarumq; tractatione, & administratione. Summa rerù Ecclesiasticarum divisio in duos articulos deducitur: nam aut spirituales sunt, aut temporales. Spirituales sunt, quæ spiritui deserviunt, atq; animæ causa sunt institutz: ut Sacramenta Ecclesiæ, altarìa, & his similia. Temporales sunt, quæ non tam spiritus, quàm corporis gratia pro Ecclesiasticis ministris, sacrorumq; ministrorum usu sunt comparatz: ut sunt, prædia, domus, & fructus decimales.

Res spirituales sunt aut incorporales, aut corporales: & corporales dividuntur in Sacramenta, in res sacras, sanctas & religiosas. h. d.
Res spirituales quædam sunt incorporales, quædam vero corporales. Incorporales sunt, quæ neque tangi, neque sensu corporeo percipi possunt: quales sunt, virtutes, & dona Dei, aut quæ in jure consistunt. Corporales sunt, quæ tangi & humanis sensibus percipi possunt. Harum autem quædam sunt Sacramenta, quædam sacra sunt, & sancta, quædam religiose. Videamus igitur nunc de spiritualibus: & quidem incorporales, cum de his tam supra oportunitis locis loquuti fuerimus, quàm etiam infra suo tempore dicuri sumus, specialem tractatum minime exigunt: itaq; tractemus jam de corporalibus, ac primùm de Sacramentis, de sacris, sanctis, & religiosis, consequenter etiam loquuturi: ac demùm de rebus temporalibus, atq; illarum administratione.

DE SACRAMENTIS. TITVLVS II.

Quid sit Sacramentum. h. d.

Sacramentum *a*, est invisibilis gratiæ visibilis forma, ita quòd ejus similitudinem gerens & causa existat.
Sacramentis quædam necessaria sunt, quædam voluntaria. h. d.
Sacramentorum summa divisio hæc est *b*, quòd aut sunt necessaria, aut voluntaria. Necessaria sunt, quæ sine interitu salutis æternæ prætermitti & contemni non possunt: ut sunt, Baptismus, Confirmatio, Pœnitentia, Eucharistia, extrema Unctio: quæ omnia ad particularem ejusq; profectum sunt principaliter instituta. Volun-

taria sunt, quæ sine salutis dispendio, pro cuiuslibet recipi possunt, & refutari: quales sunt, Ordo, lictio, Monachionium: & hæc ad totius Ecclesiæ profectum & fidium principaliter pertinent.

Necessarium Sacramentum quædam deferunt ad ipsam Ecclesiã, quædam ad progressum in Ecclesiã, quædam ad ipsam ab Ecclesiã. h. d.

Et rursus necessarium quædam ad ingressum Ecclesiæ sunt comparata, ut Baptismus: quædam ad progressum in Ecclesiã, ut Confirmatio, Pœnitentia, lictio: quædam ad egressum ab Ecclesiã, ut profectum vel interitum admittunt. h. d.

Res spirituales quædam sunt incorporales, quædam vero corporales. Incorporales sunt, quæ neque tangi, neque sensu corporeo percipi possunt: quales sunt, virtutes, & dona Dei, aut quæ in jure consistunt. Corporales sunt, quæ tangi & humanis sensibus percipi possunt. Harum autem quædam sunt Sacramenta, quædam sacra sunt, & sancta, quædam religiose. Videamus igitur nunc de spiritualibus: & quidem incorporales, cum de his tam supra oportunitis locis loquuti fuerimus, quàm etiam infra suo tempore dicuri sumus, specialem tractatum minime exigunt: itaq; tractemus jam de corporalibus, ac primùm de Sacramentis, de sacris, sanctis, & religiosis, consequenter etiam loquuturi: ac demùm de rebus temporalibus, atq; illarum administratione.

Sacramenta consistunt elementa & verba. h. d.
Constant autem Sacramenta elementa & verba. Elementum hic accipimus, quicquid sub visibili specie, invisibilem gratiam designat & continet. Verba sunt, quæ formæ visibilis efficaciam expriment: ergo accipiuntur verbo ad elementum, sacramentum fiet.

Non Ecclesiã, sed Christum constituit Sacramenta, qualem docentur Ecclesiã, quia illa per ea sanctificatur, & de ministerio. h. d.
Illud quoque icire nos oportet, quòd non tantum ab ipso Domino influente Sacramento vim, sed etiam ab ipso Ecclesiæ Sacramento nuncupante, ut quòd per ea sanctificata, & coelesti sponso uniti immo hæretice conjuncta sit: tum, quòd illorum dispendio non caritatem sit ministerio.

Etiam malus minister, & hæreticus potest ministrare sacramenta. hoc dicit.

Ergo *a* qui baptizat, qui absolvit, & in aliis Sacramentis divinitus operatur, Dominus est: manifestum vero Ecclesiæ in conscientis sacris mysteriis, vel aliis sanctis, præter nudum ministerium nihil aliud esse, vel aliud valent, cum non propriam, sed eius qui Sacramentum instituit, personam referant, nec illa ex ipsius ministerio di virtus manet. Unde, quamquam eo iure ipse deest, si tamen mali sint, vel à catholice communione se juncti, nihilominus & conficere Sacramenta. h.

a Can. sacrificium. de cons. dist. 2. *b* Can. inmissivum. 6. sed notandum. i. q. 1. c. veniens. extr. de transmissio.

a Can. abbas est. & can. sic. de consecra. dist. 4.